



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Quo animo & apparatu ad scribendum accesserit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

vulgus, veritatis admota luce disiceret. Ad eam denuntiationem inter modestiam Viri Dei, opinionemq; de se abiectissimam cum inexplorata, subitaq; obedientia contentionis non nihil fuit. Sed omnem controuersiam statim ad Præpositū Generalem, vti semper consueuerat, detulit: eique, vbi se totum aperuit, componendam, ac diiudicandam reliquit: non recusaturus laborem, quem se omnem obedientiæ sanctæ sciret debere, & Præpositi nutum, duce Deo, fideliter secuturus. Interim, ne quod vnquam tempus operosus vir in vno duntaxat, simplici opere negotioq; exigeret, super Prouinciæ curas recognitionē habebat in manibus Romani ad Parochos Catechismi Eū Catechismū germanice Paul. Hoffæ⁹ vertebat ipsiq; Canisio item Pontificis iussu curandæ versionis, eiusque recognoscendæ ac probandæ de mandato negotium erat. Vbi vero responsum perlatum est à Præposito Borgia, vt stylum aduersus Centurias omnino sumeret, primū omnium summa reuerentia, & promptissima voluntate velut ab Christo ipso profectū excepit imperium deinde ad opus arduum, & quod supra vires retribatur suas, ritè aggrediendum, & aptè prosequendum

*Recognoscit
Versionem Ro-
mani Catechis-
mi.*

*Quo animo, &
apparatu ad
scribendum ac-
cesserit.*

augur